



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXVIII. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXVIII. DIE IANVARII.

BAR THOLOMÆVS
PEREZ COADIUT.

Hispanus
Villaregij.
1606. 28. Ian.

Castitas.

Moreific.

DO de illo verba litterarum à Prouincia Tolertana: Vir magni laboris, simplicitatis eximie, Excelluit in castitate. Rogatus enim, cum admissus est in Societatem, quo studio seculum relinqueret, respondit, quarendæ castitatis ardore. Media quibus assecutus est excellentem hanc virtutem, hæc fermè fuere: ingens sinceritas cum Superioribus, quâ nihil illis vnquam occultum esse voluit: paupertas & sui vilipendiū eximium: poenitentiae magnæ verberum, atque etiam victus. Nam fermè in agro vbi res nostras curabat, seuellâ tantum iusculi vitam aluit: assiduitas in rebus spiritualibus; nullus enim agri labor ademit illi tempus spiritualium exercitiorum.

P. IOANNAES
BOUVETUS.

Gallus
Nancij: 8.
Ian. 1943.
ætat. 78.
Soc. 60.

Vir semper sibi similis, nec vnquam aut lætitiâ effertur, vel mœrore

XXIX. DIE IANVARII.

P. GVLIELMVS
LIMBURGVS.

Germanus
Trecuiris,
1583.
Confessio.

Romæ olim à S. P. Ignatio Societati adscriptus. Hic documento est ijs, qui peccata expiant, vt id agant tanquam à Confessione mox

premi visus. Per xxv. annos quor hebdomadis (quantum per Ecclesiæ leges licuit) vnum de Beatissima Virg. Sacrum faciebat, vt feliciter Sacramentis expiatus, & nulli grauis moreretur. Et verò impetrauit. Nam eodem, qui supremus illi fuit, die Sacris mysterijs operatus est sanus. Postea vbi se in vitæ periculo repente vidit, repetitâ exomologesi, cælestique viatico ac vnctione comparatus vitam finijt nulli molestus, vt prope qui non nisi per octo horas ægrotauit. Bis eodem die Diuino epulo pastus quod sit (semel in Sacrificio, ac deinde per modum viatici) præmij instar illi fuisse dici potest, quod pluribus ante mortem annis quotidie vnam coram Sanctissimo Sacramento horam pietate eximiâ collocarit; deinde quod id videatur illi à Beatissima Virgine liberaliter impetratum quod ille Sacro quor hebdomadis de B. V. eam in rem factoenixè atque anxie per ipsos quinque & viginti annos petierat.

Mediæ
B. V.
Morr.

Vide de
Lugo de
Eucharist.
mibi pag.
49.

Euch.

morituri. Sic de illo habent litteræ: Noxas animi vt expiaret æger è cubili surrexit; prædixitque ei apud quem se expiauerat; horam illam sibi esse supremam; atque ita contigit. Mox enim, nec opinantibus socijs, in Domino conqueuit.